



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

247. Adhortatio ad submissionem.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

MEDITATIO CCXLVII.

*Didagma LIII. Adhortatio ad
Submissionem.*

I. **A**vdientes decem, coeperunt indignari de Iacobo, & Ioanne, (*petentibus, ut sedeat unus ad dexteram, alter ad sinistram in regno Christi.*) Iesus autem vocans eos (ad se, *Matth. 20. v. 25.*) ait illis: Scitis, quia hi, qui videntur principari gentibus, dominantur eis: *Marc. 10. v. 41. & 42.* & qui majores sunt, (principes eorum, *Marc. 10. v. 42.*) potestatem exercent in eos. *Matth. 20. v. 25.*

II. Non ita erit inter vos; sed quicumque voluerit inter vos major fieri, sit vester minister. Et qui voluerit inter vos primus esse, erit vester servus. *Matth. 20. vers. 26. & 27.* erit omnium servus. *Marc. 10. vers. 44.*

III. Nam & filius hominis non venit, ut ministraretur ei, sed ut ministraret, & daret animam suam redemptionem pro multis. *Marc. 10. v. 45. Matth. 20. v. 28.* Qui se exaltaverit, humiliabitur: & qui se humiliaverit, exaltabitur. *Matth. 23. v. 12.*